

*civitatem.* Civitas autem familiae David fuit Bethlehem? Ibi enim habitavit pater Davidis Isai.

I. Sa: 16.

V S V S.

DEUS mirabiliter ducit Sanctos suos, teste Psalte, ut ex hoc loco apparet. Imperator enim Octavius Augustus huc finem habebat propositum in exigendo novum censum, ut corraderet pecuniã: DEUS autem id ipsi permittebat, ut mirabili modo MARIA illuc veniret.

ψ. 4.

III. Nominat etiam familiam nempe Davidicam: *Joseph erat [inquit] de domo & familia Davidis:* quod etiam intelligendum est de Mariã suã uxore, non enim licuit ulli familiae ex aliã uxorem ducere. Christum autem Davidi fuisse promissum, liquet ex 2. Sam: 7:

I Crõ: 18.

Esai: 11.

*Ergo est Messias:*

V S V S.

Refutantur Judæi, qui adhuc hodie Messiam nasciturum expectant, cum tamen omnes tribus sint confusæ.

IIII. *Messias debuit nasci ex Virgine.*

Esai. 7. Genes: 3. Jerem: 31.

Mariam autem matrem Christi virginem fuisse Lucas testatur, dum affirmat,

Luc: 2:

C

Mariam